

Deutonomium

testimoniū nullus ademnabitur. Non accipiet preciū ab eo q̄ reus est sanguinis statim & ip̄e moriet. Exiles & pfugi aī morez pontificis nullo mō in urbes suas reuerti poterūt ne polluatis terraz hīcatōis vīe. q̄ insolitū crūore maculat nec aliter expiari p̄t nisi peius sanguinē qui alterius sanguinez fuderit. Atq̄ ita emundabīs vīa possēsio me cōmorante vobiscū. Ego enī sum dñs q̄ habito inter filios israel.

XXXVI

Cesserūt aut̄ & principes familiā laiz galaad filij machir filij manasse de stirpe filior̄ ioseph locūtis sunt moisi corā principib⁹ israel atq̄ dixerūt. Libi dñō nō p̄cepit dñs vt terā sorte diuideres filijs isrl. et vt filiab⁹ salphaad fr̄is nſi dares possessionē debitis p̄t: q̄s si alteri⁹ trib⁹ hoies vrores accepterint. sequēs possessio sua & translata ad aliū tribū de nīa hereditate minuerit: atq̄ ita fiet vt cū iubileus. i. quinquaginta annus remissionis aduenierit cōfundat̄ sortiū distributio: & alior̄ possēsio ad alias trāseat. R̄udit moises filijs isrl & dñō p̄cipiente ait. Recte trib⁹ filiorū ioseph locuta est. et lxx lex sup filiab⁹ salphaad a dñō pmulgata est. Nubat q̄ bus volūt: tñm vt sue trib⁹ hoib⁹ ne p̄misceatur possessio filior̄ isrl de tribu in tribum. Q̄dē enī viri ducēt vrores de tribu & cognatōe sua. & cūcte feie de eadem tribu maritos accipiēt. vt hereditas permaneat in familijs: nec sibi misceantur trib⁹: s̄ ita permanēt vt a dñō separe sunt. Feceruntq̄ filie salphaad vt sibi fuerat impatum. et nupserūt maala & thersa et egla et melcha et noa filijs patrui sui de familia manasse qui fuit filius ioseph et possessio q̄ illis fuerat attributa māsit in tribu & familia p̄tis eay. Hec sunt mandata atq̄ iudicia q̄ mandauit dñs p̄ manum moisi ad filios isrl in campestrib⁹ moab sup iordanē p̄tra hiericho.

Explicit liber numeri Incipit liber el leadaberim qui deuteronomium prenotatur. Capitulum I

Ec sunt verba

q̄ locutus est moises ad oēm israel trans iordanem in solitudine campestri cōtra mare rubrum: inter pharan & chozel & laban & aseroth: vbi auri est plurimū vndeclim dieb⁹ de oreb p̄ viā montis seir vsc̄z caedesbarne. Quadragesimo anno vndeclimo mēse primo die mensis locutus est moises ad filios israel oīa q̄ p̄ceperat illi dñs vt diceret eis: postq̄ pcussit seon regem ammoreoꝝ: qui habitavit in esebon. et og regē basan qui mansit in aseroth & in edrai trans iordanem in terra moab. Cepitq̄ moises explanare legem et dicere. Dñs deus nē locutus est ad nos in oreb dices. Sufficit vobis q̄ in hoc mōte mansistis. Reuertimini & venite ad montē ammoreoꝝ et ad cetera que ei p̄ima sunt campestria atq̄ montana & humiliora loca contra meridiē et iuxta litus maris: terram chananeorū et libani vsc̄z ad flumen magnū eufraten. Et inquit tradidi vobis. Ingrediāmini & possidete eam: super quā iurauit dominus patr̄ib⁹ vestris abraā isaac & iacob varet illam eis & semini eoy post eos. Dixitq̄ vobis illo in tpe. Nō possū solus sustinere vos: q̄ dñs deus vester multiplicauit vos & estis hodie sicut stelle celi plurimi. Dñs deus patrū vestrorū addat ad hunc numerū multa milia. et benedicat vobis sicut locutus est. Non valeo solus negocia vīa sustinere & pondus & iurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros: quorum conuersatio sit probata in tribub⁹ vestris: vt ponam eos vobis principes. Tunc respondissis mihi. Bona res est quā vis facere. Tuliq̄ de tribub⁹ vestris viros sapientes et nobiles. et p̄stitui eos principes tribunos et centuriones et quinquagenarios et decanos qui docerent vos singula. p̄cepiq̄ eis dicens. Audite illos et quod iustum est iudicate. Siue ciuis sit ille siue peregrinus: nulla erit distantia psonarum. Ita parū audietis ut magnū: i iiii

nec accipietis cuiusq; psonā: qz dei iudi-
cū est. Q si difficile robis vīsum aliqd
fuerit: referte ad me & ego audiā. Prece-
pīz eis oīa q facere deberetis. Profecti
aut de oreb transiūmus p heremū terri-
bile & maximā solitudinē quā vidistis p
vīā mōtis ammorrei: sicut pcepit dñs
deus n̄ nobis. Lūq; venissimus in ca-
desbarne: dixi robis. Glenīs ad mon-
tē ammorrei quē dñs deus vī daturus
est robis. Clide terrā quā dñs de' tuus
dabit tibi. Ascēde & posside eā sic locutus
est dñs deus n̄ pribi tuis. Nolite timere
nec quicq; paucas. Et accessissis ad me
oēs atq; dixistis. Mictamus viros q cō-
sideret terrā & renūciēt p qd iter debet
mus ascendere. & ad qs pgere ciuitates.
Lūq; mihi sermo placuisse miserob
duodecim viros singlos de tribub; suis.
qui cū prexissent & ascēdissent i mōtana
venierūt vīq; ad vallē horri: et p̄siderata
terra sumētes de fructib; ei: vt p̄sideret
vbertatē attulerūt ad nos atq; dixerunt
Bona est terra quā dñs de' n̄ daturus
est nobis. Et noluitis ascēdere h̄ incres-
duli ad sermonē dei n̄i murmuratis in
tabernaculis vīis atq; dixistis. Odit nos
dñs: & idcirco edurit nos de terra egypci
vt traderet nos in manu ammorrei atq;
deleret. Quo ascendem?: Hūc terrue-
rūt cor n̄m dicētes. Maria multitudo
est: & nobis statura peerior. Urbes mas-
gne & ad celū vīq; munite. Filios enachī
vidim? ibi. Et dixi robis. nolite metue-
re nec timeat eos. Dñs de' q ductor est
n̄e, p rob ipē pugnabit. sicut fecit in egypto
cūctis vidētib; & in solitudine ipī vi-
distis. Portauit te dñs de' tuus vt solet
hō gestare puulū filiū suum in oī via p
quā ambulastis donec veniret ad locū
istū. Et nec sic quidē credidist dño deo
vīo q pcessit vos in via. & metatus est lo-
cū in q tētoria figere deberet: nocte ostē
dēs robis iter p ignē & die p colūmaz nu-
bis. Lūq; audisset vocē sermonū vīor
iratus iurauit & ait. Nō videbit quispiā
de hōb generatōis huius pessime terrā
bonā quā sub iuramēto pollicitus sum

pribi vestris p̄ter caleph filiū iephone.
Ipe enī videvit eā. & ipi dalo terrā quā
calcanuit & filiū eius: qz secutus est dñm
Hec mirāda indignatio in p̄līm: cū mi-
hi quoq; iratus deus p̄ter vos dixerit.
Nec tu ingredier; illuc. Sz iōsue filiū nun
minister tunc ipē intrabit p te. Hūc ex
hortare & roborare & ipē sorte terrā diuides
israeli. Paruuli vīi de qbs dixistis q ca-
ptiu ducerent. & filiū q hodie boni ac ma-
li ignorāt distantiā ipi ingredient. & ipis
dalo terrā & possidebūt eā: vos aut reuer-
timini & abite in solitudinē p vīā maris
rubri. Et respondisisti mihi. Deccaūm?
dño. Ascēdemus & pugnabimus: sicut p
cepit dñs deus n̄e. Lūq; instructi armis
pgeretis in montē ait mihi dñs. Dic ad
eos. Nolite ascēdere neq; pugnetis. Nō
enī sum robiscū ne cadatis corā inimi-
cis vīis. Locutus sum & nō audistis. sed
aduersantes impio dñi. & tumētes sup-
bia ascēdisisti in montē. Itaq; egressus
ammorreus q habitabat in montib; et
obuiā veniēs psecutus est eos sicut so-
lent apes psequi. & cecidit de seir vīq; hor-
ma. Lūq; reuersi ploraretis coram dño
nō audiuit vos. nec voci vīe voluit acqui-
escere. Sedist ergo in cadesbarne mul-
to tempore.

II

Profecti inde venimus in soli-
tudinē q ducit ad mare rubruz
sicut mihi dixerat dñs: et circū
iuimus montez seir longo tpc. Dintq;
dñs ad me. Sufficit robis circūire mō-
tem istū ice ptra aquilonē & pplo precipe
dicēs. Transibitis p terminos fratrum
restroy filioz esau qui habitat in seir: et
timebūt vos. Clidete ergo diligēter ne
moueamini ptra eos. Neq; enī dalo vo-
bis de terra eoz quantū p vnius pedis
calcare vestigium. qz in possessionē esau de-
di montē seir. Cibos emetis ab eis pecu-
nia & comedetis: aquā emptā haurietis
et bibetis. Dñs deus tuus benedixit tibi
in omni ope manū tuā. Nolite iter tu-
um. quō transieris solitudinē hanc ma-
gram p quadraginta annos. habitans
tecum dñs deus tuus & nibil tibi defuit

Deutonomium

Lunc trasfissemus fratres nōs filios
eū qui habitabāt in seī p̄ viā campe-
strem de hech et de a siongaber venimus
ad iter qđ ducit in desertū moab. Dicit
qđ dñs ad me. Nō pugnes cōtra moabi-
tas: nec in eas aduersus eos pliūz. Non
enī dalo tibi quicqđ de terra eoz: qđ filijs
loch tradidi eā in possessionē. Emiss pri-
mi fuerunt habitatores eius p̄ plus ma-
gius et validus et tā excelsus ut de ena-
chim surpe quasi gigantes crederent et
essent filez filior̄ enachim. Deniq; mo-
abite appellat eos emim. In seī aut p̄
us habitauerūt horrei: qđ expulsis atqđ
deletis habitauerūt filijs esau sic fecit isti
in terra possessionis sue quā dedit illi do-
minus. Surgētes ḡ vt trāsirem̄ torrē
tē qareth: venim̄ ad eū. Tps aut q̄ am-
bulauimus de cadesbarne vsc̄ ad trāsi-
tū qareth triginta et octo annoz fuit: do-
nec p̄sumeref ois p̄gregatio hoīm bellati-
or de castris sicut iurauerat dñs: cuius
manus fuit aduersus eos ut interirent
de castroz medio. Post̄ autē vniuersi
cederūt pugnatores locut̄ est dñs ad
me dices. Tu transfibis hodie terminos
moab vrbē noīe ar. et accedēs in vicinia
filior̄ ammō caue ne pugnes ē eos nec
mouearis ad preliū. Nō enī dalo tibi de
terra filior̄ ammō: qđ filijs loch dedi eaz
in possessionē. Terra gigantū reputata
est. et in ip̄a olim hitauerūt gigātes. qđ
ammonite vocāt q̄omim. ppls magn? et
mult? et p̄cere lōgitudis: sicut enachim
qđ delevit dñs a facie eoz: et feci illos hita-
re p̄ eis sic fecerat filijs esau q̄ hitant in
seī telēs horreos: et terrā eoz illis tradēs
quā possidēt vsc̄ in p̄ns. Eueos qđ q̄ ha-
bitabāt in aserim vsc̄ gaçā capadoces
expulerūt qui egressi de capadocia tele-
uerūt eos: et habitauerūt p̄ illis. Sur-
gite transite torrentē arnon. Ecce tradi-
di i manu tua seon regē eselon ammor-
reoz et terrā ei? incipe possidere. et omittē
aduersus eū preliū. Hodie incipiā mit-
tere terrorē atqđ formidinē tnā in popu-
los q̄ habitāt sub oī celo ut audito noīe
tuo pauēat et in more p̄turiētū p̄tremi-

scant: et dolore teneātur. Si ergo nun-
cios de solitudine cademoth ad seon re-
gem eselon vobis pacificē dices. Trāfib-
mus p̄ terrā tuā publica gradiemur via
Nō declinabim̄ negq ad dexterā negq ad
sinistrā. alimēta p̄cio vēde nob̄ vt vescā-
mur aquā pecunia tribue: et sic bibemus
Tām̄ est vt nobis p̄cedas trāsitū: sic fece
rūt filijs esau q̄ hitant in seī. et moabite q̄
moran̄ in ar: donec veniam̄ ad iordanē
et crāseam̄ ad terrā quā dñs te? n̄ da-
turus est nob̄. Molutq; seon rex eselon
dare nobis trāsitū: qđ indurauerat dñs
deus tuus sp̄m̄ ei?, et obfirmauerat cor
illi? ita vt tradere in manus tuas sicut
nūc vides. Dicitq; dñs ad me. Ecce ce-
pi tibi tradere seon et terrā ei?: incipe possi-
cidere eā. Egressusq; est seon obuiā no-
bis cū oī p̄plo suo ad pliū in iasa. et tradi-
dit eū dñs te? n̄ nobis: pcussumusq; eū
cū filijs suis et oī p̄plo suo: cūctasq; vrbes
in tpe illo cepimus interfect̄ hitatorib⁹
ear̄ viris ac mulierib⁹ et puulis. Nō reli-
quimus in eis quicqđ absq; iumentis q̄
in p̄te venere p̄dantū. et spolijs vrbiv⁹
qđ cepim̄ ab aroer q̄ est sup̄ ripā torrentis
arnon oppido. qđ in valle sitū est v̄s-
q; galaad. Nō fuit vicus et ciuitas q̄ no-
stras effugeret man⁹. Q̄ est tradidit dñs
deus n̄ nobis absq; terra filior̄ ammon
ad quā nō accessimus et cūctis que adia-
cent torrenti ielw et v̄ribib⁹ montanis:
vniuersisq; locis a quibus nos phibuit
dñs deus noster.

III

Taq; cōuerſi ascēdim̄ p̄ iter ba-
san. Egressusq; est og rex basan
in occursum nob̄ cū p̄plo suo ad
bellandum in edrai. Dicitq; dñs ad me:
Ne timeas eū qđ in manu tua traditus
est cū oī p̄plo ac terra sua. faciesq; sic feci
sū seō regi ammōreoz q̄ hitant in esebō
Tradid: et qđ dñs te? n̄ i manib⁹ nūs etiā
og regē basan et vniuersū p̄plm̄ ei?: pcus-
sumusq; eos vsc̄ ad intermitōez. vāstan-
tes cūctas ciuitates illius vno tpe. Nō
fuit oppidū qđ nos effugeret. Seragin-
ta vrbes et omnē regionez argob regni
og in basan. Lūcte vrbes erant munite

muris altissimis: portisq; et rectib; absq; oppidis innumeris q; nō habebat muros et teleuiimus eos sicut feceramus seon regi eselon. dispendentes oēm ciuitatē vis roleg ac mulieres et puulos: iumenta aut et Ipolia urbū diripiū. Tulumusq; illo in tpe terrā de manu duorū regū amore orū q; erāt trās iordanē a torrete arnon vīc ad montē hērnō quē fidoniū saron vocat: et amorei sanit. oēs ciuitates q; si te sunt in planicie et vniuersam terrā galAAD et balan vīc ad selcha et edrai ciuitates regni og in balan. Solus quippe og rex balan restiterat de stirpe gigantū. Et monstratus lectus ei ferreus q; est in rā bath filioz amō: nouē cubitos hñs lōgi tudis et q; tuor latitudis ad mēsurā cubiti viril' man? Terrāq; possedim? tpe illo ab aroer q; est sup ripā torrēt; arnō vīc ad mediā p̄ē mōtis galaad et ciuitates illius dedi ruben et gad. Reliquā aut p̄tē galaad et oēm balan regni og. tradidi medie tribui manasse oēm regionē ar gob. Cūctaq; balan vocabat terra gigantū. Jair filius manasse possedit oēm regionē argob vīc ad terminos gessuri et machati. Vlocavitq; ex noīe suo balan aucthiair. i. villas iair vīc in p̄ntem diē OJachir q; dedi galaad: et tribub; ruben et gad dedi de terra galaad vīc ad torrētem arnoni mediū torrētis et phiniū vīc ad torrentē getoc q; est terminus filioz ammon. et planitiē solitudinis atq; iordanem: et terminos cenereth vīc ad mare deserti qd est salissimum ad radicē mōtis phasga p̄tra orientē. Precepīq; robis in tpe illo dicens. Dñs deus vt dat robis terrā hāc in hereditatē. expediti p̄cedite frēs v̄tos filios israel omnes viri robusti absq; vroxib; et puulls atq; iumentis. No vi enī q; plura habeatis pecora et in v̄rib; bus remanere debebūt q; tradidi robis donec requiē tribuat dñs fratrib; v̄ris sicut robis tribuit. et possideant ipi etiā terrā quā daturus est eis trans iordanē tūc revertet v̄nusquisq; in possessionem suā quā dedi robis. Jolue q; in tpe illo p̄cepi dicēs. Oculi cui viderūt que fecit

dñs deus noster dyobi his regib; sic faciet oīb; regnis ad q; transiturus es. Ne timeas eos. Dñs enī deus v̄t pugnabit p̄ robis. Precatusq; sum dñm in tpe illo dices. Dñe deus tu cepisti ostendere seruo tuo magnitudinē tuā manūq; fortissimā. Nec enī est aliis de vel in celo vel i terra q; possit facere opa tua et p̄parari fortitudini tue. Transibo igitur et videbo terrā hāc optimā trans iordanē et montē istum egregiū et libanū. Ita, tūc est dñs mihi ppter vos nec exaudiuit me sed dixit mihi. Sufficit tibi: ne quaq; ultra loq;ris de hac re ad me. Ascē de cacumen phasge: et oculos tuos circumfer ad occidentē et ad aquilonē austriq; et orientē et aspice. Nec enī transibis iordanē istum. Precipe iōsue et corrobora eum atq; cōforta quia ip̄e precedet populum istum et dividet eis terraz quā vīsurus es. Mansimusq; in valle cōtra phanum phogor.

III

Nunc israel audi p̄cepta et iudicia q; ego doceo te ut facies ea viuas: et ingrediēs possideas terrā quā dñs deus patrū v̄toz datur? est robis. Nō addetis ad verbū qd robis loquor nec auferet; ex eo. Custodite mandata dñi dei v̄t q; ego p̄cipio robis. Oculi vestri viderūt oīa que fecit dñs contra belp̄ego: quo cōtruerit omnes cultores eius de medio vestri. Elos autez qui adheretis domio deo vestro: vivitis vniuersi vīc in p̄ntem diem. Scitis q; dcuerim vos precepta atq; iusticias. sicut mandauit mihi dñs deus meus: sic faciatis ea in terra quā possessuri estis. et obseruabitis et implebitis opere. Hec est enim vestra sapientia et intellectus corā populis: ut audientes vniuersi p̄cepta h̄c dicant. Enī populus sapiēs et intelligens: gens magna. Nec est alia natio tā grandis que habeat deos appropinquantes sibi: sicut deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Que enim est alia gens sic inclita ut habeat ceremonias iustaq; iudicia. et vniuersam legem quam ego proponam hodie ante oculos

Deuteronomium

vestros: Custodi igit̄ temetipm et aīam tuā sollicite. Ne obliuiscaris verb̄ q̄ vi derūt oculi tui: et ne excidāt de corde tuo cūctis dieb̄ vite tue. Docebis ea filios ac nepotes tuos: die q̄ stetisti corā dñō deo tuo in oreb̄ qñ dñs locutus est mihi dices. Congrega ad me pp̄lm ut audiāt sermones meos: et discant timere me oī tpe q̄ viuūt in terra: doceatq; filios suos Ec accessistis ad radices mōtes q̄ ardes bat vscq; ad celū: erātq; in eo tenebre et nubes et caligo. Locutusq; est dñs ad vos de medio ignis. Glocē verb̄ eius audistis: et formam penitus nō vidistis. Et ostēdit vobis pactū suū qđ p̄cepit vt faceretis. et dece verba q̄ scripsit in duab̄ tabulis lapideis. M̄hiq; mandauit in illo tpe vt docerē vos ceremonias et iudicia q̄ facere debetis in terra quā possessi furi estis. Custodite igit̄ sollicite aīas yr̄as. Nō vidistis aliquā similitudinem in die qua locutus est vobis dñs in oreb̄ de medio ignis. Ne forte decepti faciatis vobis sculprā similitudinē. aut imaginē massculi vel seie similitudinē oīm iumentor̄ q̄ sunt sup terrā vel aīu sub celo volantium. atq; reptiliū q̄ mouent in terra: si ue pisciū q̄ sub terra morātur in aquis: ne forte eleuatis oculis ad celuz videas solē et lunā et oīa astra celi et errore deceper̄t adores ea et colas q̄ creauit dñs deus tuus in ministeriū cūctis gentib̄ q̄ sub celo sunt. Elos aut̄ tulit dñs et eduxit de fornace ferrea egypti vt h̄bet pp̄lm hereditarium sicut est in p̄nti die. Itatusq; est dñs p̄tra me p̄pter sermones v̄tos et iurauit vt nō trāsferre iordanē nec ingredierer terrā optimā quā datur? est vobis. Ecce moriar in hac humo: nō trāsferbo iordanē: vos trāsfibitis et possidebitis terraz egregiā. Cae ne qñ obliuiscaris pacti dñi dei tui qđ p̄cepit tecū: et facias tibi sculprā similitudinē eorū q̄ fieri dñs p̄hibuit. Quia dñs deus tuus ignis cōsumens est: deus emulator. Si genueris filios ac nepotes et morati fueritis in terra: deceptiq; feceritis vobis aliquā similitudinē patrantes malū corā dñō deo

v̄to vt eī ad iracundia puocetis. testes inuoco hodie celū et terrā. cito p̄rituros vos esse de tra. quā trāsito iordanē possestori estis. Nō habitatis in eo lōgo tpe h̄ telebit v̄o a dñs atq; disp̄get in oēs ḡtes: et remanebitis pauci in natōnib̄ ad q̄s vos ducitur? est dñs. Ibiq; seruietis dñs q̄ vōm manu fabricati sunt ligno et lapidi q̄ nō videt nec audiūt nec comedunt nec odorant. Lūc̄ q̄sieris ibi dñm deū tuū inuenies eū: si in toto corde q̄n eris et tota tribulatōne aīe tue postq; te inuenierit oīa q̄ pdicta sunt. Novissimo aut̄ tpe reuertes ad dñm deū tuū et aī dies vocē ei?: qz de? misericors dñs deus tuus est. Nō dimittet te nec oīno telesbit: neq; obliuiscer̄t pactū in q̄ iurauit p̄tibus tuis. Interroga de dieb̄ antiq; q̄ fuerūt aī te ex die q̄ creauit dñs deus hominē sup terrā a summō celi vscq; ad summū ei?. si sc̄a est aliq; huiuscemodi res. aut vñq; cognitū est vt audiret pp̄ls vos cē dñi dei loq̄ntis de medio ignis sic tu audisti et vidisti: si fecit deus vt ingredies retur et tolleret sibi gente de medio natōnū p̄ tentatōes signa atq; portēta. per pugnā et robustam manū extenūq; brachiū et horribiles visiones. iuxta oīa q̄ fecit p̄ nobis dñs deus nē in egypto vidēs tibi oculis tuis vt scires qm̄ dñs ip̄e est deus. et nō est alius p̄ter vñū. De celo te fecit audire vocē suām vt doceret te. et in terra oīdit tibi ignē suū maximū. et audiisti verba illius de medio ignis qz dilesit p̄tes tuos. et elegit semē eorū post eos Edunis te p̄cedens in virtute sua magna et egypto vt deleret natōes marias et sortiores te in introitu tuo. et introduceret te: daretq; tibi terrā eaz̄ in possessione sicut cernis in p̄nti die. Scito ergo hodie et cogitato in corde tuo q̄ dñs ip̄e est te? in celo sursum et in terra deorsum et nō sit alius. Custodi p̄cepta eius atq; mandata que ego p̄cipio tibi vt bene sit tibi et filiis tuis post te. et permaneas multo tpe sup terrā quā dñs deus tuus das turus est tibi. Lūc̄ sepauit moïses tres ciuitates trans iordanē ad orientalem

plagā ut p̄fugiat ad eas qui occiderit no
lens, p̄mū suū: nec fuerit sibi inimicus
ante vñū et alterū dīe, et ad h̄az aliquā
vrbīū possit euadere: t̄d̄or in solitudine
q̄ sita est in terra campes̄tri t̄ tribu ru
ben et ramoth in galaad que est in tribu
gad, et golam in basan q̄ est in tribu ma
nasse. Ista est lex quā p̄posuit moïses co
ram filiis isrl' t̄ hec testimonia t̄ cerimo
nie atq; iudicia q̄ locutus est ad filios is
rael qn̄ egressi sunt de egipto tr̄s iorda
niem in valle cōtra phanū phogor in ter
ra seon regis ammorrei q̄ hitauit in ese
bon quē percussit moïses. Filii q̄ israel
egrehi ex egipto possederunt terrā eius. t̄
terrā og reg; basan duorū regū ammor
reorū q̄ erāt tr̄s iordanē ad solis ortū ab
aroer q̄ sita est sup ripā torrentis arnon
v̄lq; ad montē sanir q̄ est t̄ hermon oēm
planicie trans iordanē ad orientalē pla
gam v̄lq; ad mare solitudinis. et v̄lq; ad
radices montis phasga.

V

Ocauitq; moïses oēm israelē et
v̄ dixit ad eū. Audi isrl' ceremoni
as atq; iudicia q̄ ego loqr̄ in au
rib; v̄ris hodie. Discite ea t̄ ope p̄plete.
Dñs deus n̄ pepigit nobiscuz fedus in
oreb. Nō cū p̄rib; n̄is iniqt; pactū s̄z no
biscuz: q̄ in p̄ntiaz sumus t̄ viuimus. Fa
cie ad faciē locutus est nobis in mōte de
medio ignis. Ego sequester et medius
fui inter deū t̄ vos in tpe illorū: vt annun
ciarē vobis verba eius. Timuistis enim
ignem t̄ nō ascendistis in montē. Et ait
Ego dñs deus tuus q̄ eduxi te de terra
egypti de domo seruitutis. Nō habebis
deos alienos in p̄spcū meo. Nō facies ti
bi sculptile nec sc̄litudinē oīm q̄ in celo
sunt desup, et q̄ in terra deorsuz. t̄ q̄ ver
santur in aq̄s sub terra. Nō adorabis ea
t̄ nō coles. Ego enī sum dñs deus tuus
de emulatoz reddēs iniqtatē p̄mī sup
filios in terciā t̄ quartā generatōz his q̄
oderūt me: t̄ facies m̄iam in multa mis
lia diligētib; me t̄ custodientib; p̄cepta
mea Nō v̄surpabis nomē dei tui frustra
q̄ nō erit impunit̄ q̄ sup re vana nomē
eius affumperit. Obserua die sabbati

vt sc̄fices enī sicut p̄cepit tibi dñs deus
tuus. H̄ec dieb; opaberis: et facies oia
opa tua. Septim⁹ dies sabbati est. i. re
quies dñi dei tui. Nō facies in eo quicq̄
opis tu t̄ fili⁹ tuus t̄ filia. seru⁹ t̄ ancilla
bos t̄ asin⁹ t̄ oē iumentū tuū. t̄ pegrin⁹
q̄ est intra portas tuas vt req̄escat fū: et
ancilla tua sic t̄ tu. Memēto q̄ t̄ ip̄e ser
vier; i egypto t̄ eduxerit te inde dñs de
tuus i manu forti t̄ brachio extēto. Id
circo p̄cepit tibi vt obseruares diē lab
bati. Honora p̄rēz tuū t̄ mēz sicut p̄ces
pit tibi dñs de tuus: vt lōgo viuas tpe
t̄ bñ sit tibi i terra quā dñs de tuus da
turus est tibi. Nō occides: nec mechabe
ris: surtūq; nō facies: nec loqr̄s p̄tra p̄
ximū tuū falsum testimoniu. Nō p̄cupi
sc̄s rē p̄ximi tui: nō domū: nō agruz. nō
seruū. nō ancillā. nō louē. nō asinum et
vniuersa q̄ illi⁹ sunt. H̄ec v̄ba locutus
est dñs ad oēz multitudinē v̄taz i mōte
de medio ignis t̄ nub t̄ caligis voce ma
gna. nihil addēs ampli⁹: et scripsit ea in
duab; tabulis lapideis q̄s tradidit mihi.
T̄los aut̄ posiq; audistis vocē de medio
tenebrāz t̄ montē ardere vidistis. accesi
sistis ad me oēs p̄ncipes tribuū t̄ maio
res natu atq; dixistis. Ecce oīdit nobis
dñs deus n̄ maiestatē t̄ magnitudinez
suā. Glocē enī eius audiūm⁹ de medio
ignis t̄ pbauimus hodie q̄ loquēte deo
cū hoīe vixerit homo. Cur ḡ moriemur
t̄ deuorabit nos ignis hic maximus. Si
enī audierimus v̄lra vocem dñi dei n̄i
moriemur. Quid est oīs caro vt audiat
vocē dei viuēns qui de medio ignis loq̄
tur sicut nos audīum⁹ t̄ possit viuere?
Tu magis accede t̄ audi cūcta q̄ dixerit
dñs deus n̄ tibi. loqr̄s: ad nos. et nos
audīetes faciemus ea. Nō cū audisse
dñs: ait ad me. Audiū vocē v̄lroz lpp̄l
huius q̄ locuti sunt tibi. Bene oia sunt
locuti. Quis det talem eos habere men
tem vt timeant me t̄ custodiāt vniuersa
mandata mea in omī tpe: vt bene sit eis
et filiis eorum in sempiternum. Glade
ergo t̄ dic eis. Reuertimini in tentoria
vētra. Tu vero hic sita mecum. et loquar

tibi oia mādata mea et ceremonias atq
iudicia q̄ doceb̄is eos vt faciēt ea in ter
ra quā dālō illis in possessionē. Custodi
te igit̄ et facite q̄ p̄cepit dñs deus rob̄is.
Nō declinabit̄s neq; ad dexterā neq; ad
sinistrā: sed p̄ viā quā precepit dñs deus
vester ambulabit̄s vt viuatis et bene sit
rob̄is. et procelentur dies vestri in terra
possessionis vestre.

VI

Ec sunt p̄cepta et ceremonias atq
iudicia q̄ mādauit dñs deus vt
vt dōcerem vos: vt facietis ea in
terra ad quā trāsgredimini possidendaz:
vt cumeas dñm tēū tuū. et custodias oia
mādata et p̄cepta eius que ego p̄cipio tib
i et filiis ac nepotib; tuis cūctis dieb;
vite tue vt plongenf dies tui. Audi ista
et obserua vt facias q̄ p̄cepit tibi dñs
et bene sit tibi. et multipliceris amplius:
sicut pollicitus est dñs deus patrū tuor
tibi terrā lacte et melle manantē. Audi is
rael. Dñs deus v̄ deus v̄nus est. Dili
ges dñm tēū tuū ex toto corde tuo. et ex
tota anima tua. et ex tota fortitudine tua.
Eruntq; v̄ba hec q̄ ego p̄cipio tibi hodie
in corde tuo: et narrabis ea filiis tuis et
meditaberis sedes in domo tua. et ambu
lās in itinere dormiēs atq; p̄surgēs et li
gab̄is ea q̄si signū in manu tua. eruntq;
et mouebunf inter ocl̄os tuos: scribesq;
ea in limine et ostijs dom^m tue. Cunq; in
troducerit te dñs deus tuus in terraz: p
qua iuravit patrīb; tuis abraā isaac et ias
cob. et dederit tibi ciuitates magnas et
optimas quas nō edificasti. domos ple
nas multarū opū quas nō extruxisti. ci
sternas quas nō fodisti. vineta et oliue
ta q̄ nō plantasti et comederas et saturas
tus fueris. caue diligenter ne obliuiscas
ris dñi dei tui qui eduxit te de terra egypti
pti de domo seruitutis. Dñm tēū tuū ti
mebis: et illi soli seruies. ac p̄ nomē illi
jurabis. Nō ibitis post deos alienos cū
etiarū gentiū que in circumitu v̄ro sunt
qm̄ deus emulat̄ dñs deus tuus in me
dio tui. ne q̄i irascatur furor dñi dei tui
contra te: et auferat te de superficie terre
Nō centabis dñm tēū tuū: sicut tetasti

in loco temptationis. Custodi p̄cepta dñi
dei tui ac testimonia et ceremonias q̄s p̄
cepit tibi. et fac quod placitū est et lumen
in p̄spectu dñi vt bene sit tibi. et ingress
sus possideas terrā optimā de qua iuras
uit dñs patrīb; tuis. vt teleret oēs ini
micos tuos coram te: sicut locutus est.
Cum interrogauerit te filius tuus cras
dices: quid sibi volūt testimonia hec et ce
rimonie atq; iudicia q̄ p̄cepit dñs deus
nē nobis: dices ei. Serui eramus pha
raonis in egypto et eduxit nos dñs de
egypto in manu forti: fecitq; signa atq;
p̄digia magna. et pessima in egypto p̄tra
pharaonē et omne domū illius in p̄specū
nō. et eduxit nos inde vt introductis da
ret terrā super qua iurauit patrīb; nēis.
Precepitq; nobis dñs vt faciamus oia
legitima hec et cumeamus dñm tēū nēm
vt bene sit nobis cunctis dieb; vite n̄e
sicut est hodie. Eritq; nostri misericors.
si custodierimus et fecerimus oia prece
pta eius coram domino deo nostro sicut
mandauit nobis.

VII

Em vero introduxit te dñs
deus tuus in terrā quā possessus
rus ingredieris. et deleuerit gē
tes multas corā te. et heū et gergecēū et
ammorreū et chananeū et pherecēū et
eueū et iebuseū. septē gentes multo ma
ioris numeri q̄ tu es et robustiores te.
tradideritq; eas dñs deus tuus tibi. per
cuties eas v̄sq; ad internitionē. Nō ini
bis cum eis fedus. nec misereberis eaz.
neq; sociabis cū eis iugia. Filia tuā nō
dabis filio eius nec filia illius accipies
filio tuo: q̄ seducet filiū tuū ne sequat
me et vt magis serviet dijs alienis. Ira
scētq; furor dñi et delebit te cito. Quin
potius hec facietis eis: Aras eoz subuer
tite et p̄fringite statuas lucosq; succidite
et sculpetilia p̄burite. q̄ pp̄ls scis es dño
deo tuo. Te elegit dñs deus tuus vt sis
ei pp̄ls peculiaris de cūctis pp̄lis q̄ sunt
sup terrā. Nō q̄ cūctas gētes numero
vincebas: rob̄is iūctus est dñs et elegic
ros. cū oib; sitis pp̄lis pauciores: s; q̄ dī
lexit ros dñs. et custodiuit iuramētuz qđ

juravit patribus vobis. Eduxitque vos in
manu forti et redemit de domo ieruitus
tis de manu pharaonis regis egypti. et
scies quod dominus deus tuus ipse est deus for-
tis et fidelis: cultus noster pactum et misericor-
dia diligentibus te. et his qui custodiunt pre-
cepta eius in mille generaciones. et reddes
odietibus se statim: ita ut dispicias eos et vici-
tra non differat: primum eis resiliuens quod
merentur. Custodiasque precepta et ceremonias
atque iudicia quae ego mandabo tibi hodie ut
facias. Si postquam audieris hec iudicia cu-
stodieris ea et feceris. custodiet et dominus de-
us tuus pactum tibi et misericordiam quam iura-
uit priore tuo et diligit te ac multiplicabit:
benedicetque fructui ventris tui et fru-
ctui terre tue frumento tuo atque vnde
miae. oleo et armatis. gregibus oviu tuarum
super terram. per quia iuravit priore tuo ut da-
ret eam tibi. Benedictus eris inter oves po-
pulos. Non erit apud te sterilis utriusque
sexus: tam in hominibusque in gregibus tuis. Au-
seret dominus a te oem languorem et infirmita-
tes egypti pessimas quae nouisti non infe-
ret tibi sed cunctis hostibus tuis. Deuora-
bis oves populos quae dominus deus tuus daturus
est tibi. Non poteris eis oculum tuum nec serui-
es dominum eorum ne sint in ruinam tui. Si dire-
ris in corde tuo. plures sunt gentes iste
que ego. quod potero detere eas: noli metu-
ere id recordare quod fecerit dominus deus tuus
pharaonem et cunctis egyptiis plagas mari-
mas quae viderunt oculi tui. et signa atque por-
tentia manusque robustas. et extenuatae brachi-
um: ut educeret te dominus deus tuus. Sicfa-
ciet cuncti populi quae metueris. Insuper et scra-
brones mittet dominus deus tuus in eos donec
deleat oves atque dispicias qui te fuger-
int et latere non poterint. Non timebis
eos: quod dominus deus tuus in medio tui est.
deus magnus et terribilis. Ipse presumet
natiotes has in aspectu tuo paullatum atque
propterea. Non poteris eas dettere pater: ne
forte multiplicetur contra te bestie terre.
Dabitque eos dominus deus tuus in aspectu
tuo et interficiet illos donec penitus des-
leinatur. Tradetque reges eorum in manus tu-
as. et disperdes noia eorum sub celo. Nullus

poterit resistere tibi: donec conteres eos
Sculptilia eorum igne cobures. Non conti-
nues argentum et aurum de quibus sciam sunt:
neque altumes ex eis tibi quicunque ne offen-
das. propterea quia aluminatio est domini dei
tui. nec inferes quippiam ex idolo in domum
tuam: ne fias anathema sicut et illud est.
Quasi spurciata detectaberis et velut in
quinamentum ac sorde aluminatio habebis: quia anathema est.

VIII

Omne mandatum quod ego precipio
tibi hodie caue diligenter ut fas-
cias. ut possitis vivere et multi-
plicemini: aggressisque possideatis terras per
qua iuravit dominus patribus vobis. Et recorda-
beris cuncti itineris per quod adduxit te do-
minus deus tuus quadraginta annis per
desertum ut affligeret te atque tentaret: et
nota fieret que in tuo anno persabatur.
Vtrum custodires mandata illius an non.
Affligit te penuria: et dedit tibi cibum mas-
sa quod ignorabas tu et pres tui ut ostensi-
deret tibi quod non in solo pane vivit homo
sed in omnibus verbis quod egreditur de ore domini
Testimentum tuum quo opiebaris nequa-
que retusitate defecit: et pes tuus non est sub-
tritus. Enim quadragesimus annus est ut
recogites in corde tuo: quod sicut erudit filii
suum habent: sic dominus deus tuus erudit te
ut custodias mandata domini dei tui. et
ambules in vijs eius et timeas eum. dominus
enim deus tuus introducit te in terram
bonam: terram riuorum aquarumque et fontium in
cuius capis et montibus erumpunt fluvios
rū abyssi: terram frumenti hordei ac vinearū
in qua ficus et malogranata et oliueta
nascent: terram olei ac mellis. ubi absque
ulla penuria comedes panem tuum. et rerum
omnium abundantia profueris cuius lapides
ferrum sunt. et de montibus eius eris me-
talla fodinatur. ut cum comederas et satias-
tas fueris. benedicas domino deo tuo. per ter-
ram optimam quam dedi tibi. Observa et ca-
ue ne quod obliuiscaris domini dei tui. et
negligas mandata eius atque iudicia et ce-
remonias quae ego precipio tibi hodie. ne
postquam comederas et satias fueris domi-
nos pulcas edificaueris et habitaueris

Deuteronomium

in eis. habueris g̃armenta lūū et ouiũ g̃reges: arg̃eti ⁊ auri cunctarūq; rex copiā eleueret cor tuū. ⁊ nō reminiscar̃ dñi dei cui q̃ eduxit te de tra egypti de domo seruitur: ⁊ ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili. in q̃ erat serpēs flatu adūrēs ⁊ scorpio ac dipsas ⁊ nulle oīno aq; q̃ eduxit riuos de petra durissima. ⁊ cibauit te māna in solitudine qd̃ nescierūt p̃tes tui. Et postq; afflxit ac p̃bauit. ad extremū misertus es̃t tui ne diceres in corde tuo: fortitudo mea et robur manus mee h̃ec mihi oīa p̃stiterūt h̃z recorder̃ dñi dei tui q̃ ip̃e ṽires tibi prebuerit: vt impleret pactū suū sup̃ q̃ iaurauit p̃ribus tuis sicut p̃ñ indicat dies. Sinaut oblitus dñi dei tui secur⁊ fueris deos alienos. colueris q̃illoſ ⁊ adoraueris ecce nunc p̃dico tibi q̃ oīno dispeas. Sicut g̃etes q̃s deleuit dñs in introitu tuo: ita ⁊ vos p̃bicitis si inobedientes fueritis voc̃ dñi dei vestri.

IX

Eldi israel. Tu tr̃asgredieris hoc die iordanē: vt possideas natōes marias et foriores te ciuitates ingentes et ad celū ṽsq; muratas p̃plm magnū atq; sublimē: filios enachim q̃s ip̃e vidisti et audisti: quid nullus p̃t ex aduerso resistere. Scies g̃ hodie q̃ dñs deus tuus ip̃e. tr̃alibit ante te ignis deuorās atq; p̃sumens: qui cōteret eos. et deleat atq; dispdat aū faciē tuā velociter sicut locut⁊ est tibi. Ne dicas i corde tuo cū deleuerit eos dñs deus tuus in p̃spū tuo: ppter iusticiā meā introduxit me dominus vt terrā hanc possidere. cū ppter impietas suas iste delete sint natōes. Neq; enī ppter iusticias tuas ⁊ equitatē cordis tui ingredieris vt possideas terras eāp. h̃z q̃ uile egerūt impie introeun te te delete sunt. ⁊ vt p̃pleret verbū suū dñs qd̃ sub iuramēto pollicitus est p̃tib⁊ tuis abraā isaac ⁊ iacob. Hato g̃q̃ non ppter iusticias tuas dñs deus tuus tēderit tibi terrā hāc optimā in possessiōnē cū durissime ceruic̃ sis p̃pls. Omenēto ⁊ ne obliuiscar̃ qud̃ ad iracundiā p̃uoqueris dñm deū tuū in solitudine et ex

eo die quo egressus es ex egypto ṽsq; ad locū istū sp̃aduersum dñm contendisti. Nā ⁊ in oreb. puocasti eū. et iratus teles re te voluit q̃n ascendi in montē vt accip̃ perē duas tabulas lapideas pacti qd̃ p̃ pigit robiscū deus. Et p̃seueraui in mōte q̃draginta dieb⁊ ac noctib⁊ panē nō comedēs et aquā nō bibēs. Deditq; mihi dñs duas tabulas lapideas scriptas dīgito dei. et p̃tinentes oīa verba q̃ vobis locutus es̃t in mōte de medio ignis: q̃n contio p̃pli p̃gregata est. Lūq; tr̃asfissent q̃draginta dies ⁊ totidē noctes: dedit mihi dñs duas tabulas lapideas: tabulas federis: dixitq; mihi. Surge ⁊ descende hinc cito: qz p̃pls tuus quem eduxisti de egypto deseruerūt velociter viā quā te monstrasti eis: fecerūtq; sibi conflatile. Rursumq; ait dñs ad me Cerno q̃ p̃pls iste dure ceruicis sit. Dimitte me vt cōterā eū. et deleā nomē eius de sub celo. et p̃stituā te sup̃ gentē q̃ hac maior ⁊ fortior sit. Lūq; de monte ardēte descendes rem: et duas tabulas federis ṽtraq; tenerem manu vidiſsemq; peccasse vos domino deo vestro: et secisse vobis vituluz p̃flatilez ac deseruisse velociter viā eius quā vobis ostenderat p̃ieci tabulas de manib⁊ meis: p̃fregiq; eas in p̃spectu vestro. Et p̃cidi ante dñm sicut p̃us q̃drāginta dieb⁊ ⁊ noctib⁊: panē nō comedēs et aquā nō bibens. ppter oīa p̃cēa ṽta q̃ gesellis cōtra dñm: et eū ad iracundiaz puocasti. Timui enī indignatōez ⁊ irā illius qua aduersum vos p̃citatus teles re vos voluit. Et exaudiuit me dñs etiā hac vice. Aduersum aarō qz ṽhemēter iratus voluit eū p̃terere: et p̃illo simili ter dep̃catus sum. Neccatū aut̃ ṽestrūz qd̃ feceratis id est vitulū: arrip̃ies igne cōbusſi ⁊ in frusta cōminuens. omnino quoq; in puluerē redigēs: p̃ieci in torre tem qui de monte delcedit. In incendio qz et in tentatōne ⁊ in sepulcria cōcūp̃iecie puocasti dñm. et q̃n misit vos de cadesbarne dicēs. ascēdite ⁊ possidete terrā quā dedi vobis. ⁊ p̃temp̃istis imperiū dñi dei ṽtu ⁊ nō credidistis ei: neq;

vocem eius audire voluistis sed semper
fueritis rebelles a die q̄ nosse vos cepi. Et
iacui corā dñō quadraginta dieb̄ ac no-
ctib̄ quib̄ eū supplicit tēpcabar: ne de-
leret vos vt fuerat cōminatus et orans
dixi. Dñe deus ne dispdas p̄plm tuū et
hereditatē tuā quā redemisti in magni-
tudine tua: q̄s eduxisti de egipto in ma-
nu forti. Recordare seruox tuox abraaz
isaac et iacob. Ne aspicias duriciā p̄pli hu-
ius et impietatē atq̄ p̄cēm ne forte dicat
hitatores terre de q̄ eduxisti nos: non po-
terat dñs introducere eos in terrā quā
pollicitus est eis. et oderat illos: idcirco
eduxit vt interficeret eos in solitudine
q̄ sunt p̄pli tuus et hereditas tua quos
eduxisti in fortitudine tua magna: et in
brachio tuo extento.

X

A tpe illo dixit dñs ad me. Do-
la tibi duas tabulas lapideas si-
cut priores fuerūt et ascēde ad me
in montē. faciesq; arcā ligneā: et scribā in
tabulis verba q̄ fuerūt in his q̄s ante cō-
fregisti: ponesq; eas in arca. Feci igit̄ arcā
de lignis sechim. Cūq; dolassez duas ta-
bulas lapideas instar prior̄. ascendī in
monte hñs eas in manib̄. Scriptisq;
in tabul' iuxta id qđ prius scripserat ver-
ba decē q̄ locutus est dñs ad vos in mo-
te de medio ignis qñ p̄pls aggregatus est
et dedit eas mihi. Reuersusq; de mōte
descendi: et posui tabulas in arcā quā fe-
cerā. q̄ hucusq; ibi sunt sicut mihi prece-
pit dñs. Filij aut̄ israel mouerūt castra
ex beroth filiox iachan in mosera vbi aa-
ron mortuus et sepultus est. p̄ q̄ sacerdo-
cio fūct̄ est eleazar filius ei?. Inde re-
nerunt in galgad de q̄ loco. pfecti: castra
metati sunt in iethabatha in terra aqua-
rū atq; torrétiū. Eo tpe sepaui tribū le-
ui: vt portaret arcā federis dñi. et staret
corā eo in ministerio ac bñdiceret in no-
mine illi? vsc̄ in pñtez diē. Quāobrem
nō habuit leui pñtem necq; possessionē cū
fratrib̄ suis: q̄ ip̄e dñs possessio eius est
sicut pñmisit ei dñs deus tuus. Ego aut̄
steti in mōte sicut prius q̄draginta die-
bus ac noctib̄ exaudiwitq; me dñs etiā

hac vice et te pdere noluit. Dñs itq; mihi
Vlade et p̄cede p̄plm vt ingredias ipso
siveat terrā quā iuraui patrib̄ eorū vt
traderē eis. Et nūc israel quid dñs de?
tuus petit a te: nisi vt timeas dñm deū
tuū et ambules i vijs eius. et diligas eū
ac seruias dñō deo tuo: i toto corde tuo
et in tota aia tua. custodiasq; mandata
dñi et ceremonias ei? q̄s ego hodie preci-
pio tibi vt bene sit tibi: En dñi dei tui
celū est. et celū celi: terra et oia que in ea
sunt. et tñ p̄tib̄ tuis cōglutinal' est dñs
et amauit eos: elegitq; semē eorū post
eos. i. vos de cunctis gentib̄: sicut hodie
comprobaf. Circūcidite igit̄ p̄putiū cor-
dis v̄ti et ceruicē v̄tam ne induretis am-
plius. q̄ dñs deus v̄t ip̄e est deus deorū
et dñs dominantiū. deus magnus et po-
tens et terribilis q̄ personā nō accipit nec
munera. Facit iudiciū pupillo et vidue
amat pegrinū: et dat ei v̄ictū atq; vesti-
tum. Et vos ḡ amate pegrinos. q̄ et ip̄i
fueritis aduenē in terra egypti. Dñm de-
um tuū timebis et ei soli servies. Ipsi ad
herebis: iurabisq; in noīe illius. Ipse est
laus tua et deus tuus q̄ fecit tibi hec ma-
gnalia et terribilia q̄ viderūt ocli tui. In
septuaginta aīab̄ descenderūt p̄res tui
in egyptū. et ecce nūc multiplicauit te-
dñs deus tuus sicut astra celi.

XI
Ma itaq; dñm deū tuū: et obser-
ua p̄cepta ei? et ceremonias. ius-
dicia atq; mādata oī tpe. Cogno-
scite hodie q̄ ignorat̄ filij v̄ti qui nō vide-
rūt disciplinā dñi dei v̄ti magnalia eius
et robustā manū. extentūq; brachiū si-
gna et opa q̄ fecit in medio egypti phara-
oni regi et vniuersē terre eius. oīq; exer-
citui egyptior̄ et eq̄s ac currib̄ quoq; opue-
rint eos aq̄ maris rubri: cū vos p̄seque-
renf: et deleuerit eos dñs v̄s. p̄ in pñtem
diē: vobisq; q̄ fecerit in solitudine donec
veniretis ad hñc locū. et dathān et abirō
filii eliah qui fuit filius ruben quos ap-
to ore suo terra absorbuit cū domibus et
tabernaculis et vniuersa substantia eoz
quam habebant in medio israel. Oculi
vestri viderunt omnia opera dñi magna-

Deutonomium

que fecit: ut custodiatis viuversa manu
data illi? q̄ ego hodie p̄cipio vobis et pos-
sit; introire et possidere terrā ad quā in-
gredim̄: multoq; in ea viuatis tpe quā
subiuramēro pollicit? est dñs p̄tib⁹ re-
stris et semini eoz lacte et melle manan-
tē. Terra enī ad quā ingredieris possidē-
dam nō est sicut terra egypti te q̄ existi,
ybi iacto semine in hortor̄ moren̄ aq̄ du-
cunt irrigue. s̄z montosa est et cāpestris
de celo expectās pluuias quā dñs de⁹ tu-
us semp inuisit. et oculi illius in ea sunt
a principio anni vscq; ad finē ei⁹. Si ḡ
obedieritis mādati⁹ meis q̄ ego hodie
p̄cipio vobis ut diligatis dñm deū v̄m
et seruiatis ei in toto corde v̄o et in to-
ta aia v̄ta: dabit pluuiā terre v̄stre tem-
poraneā et serotinā ut colligatis frumē-
tum et vīnū et oleū: vīnūq; ex agris ad
pascenda iūmēta et vt ip̄si comedatis ac-
saturremini. Quaete ne forte decipiatur
cor v̄stri⁹ et recedatis a dñ. seruiatisq;
dīs alienis et adoretis eos. iratusq; do-
minus claudat celū et pluuiie nō descen-
dant nec terra det germen suū peatisq;
velociter de terra optima quā dñs datu-
rus est vobis. Ponite h̄c verba mea in
cordib⁹ et in animis v̄tis et suspendite ea
p signo in manib⁹. et inter oculos v̄tos
collocate. Docete filios v̄tos ut illa me
ditent. Qñ sedent in domo tua et am-
bulaueris in via. et accubueris atq; sur-
reveris. scribes ea sup postes et ianuas do-
mus tue ut multiplicetur dies tui et fi-
liorū tuor̄ in terra quā iurauit dñs pa-
trib⁹ tuis: ut daret eis q̄zdi celū immi-
net terre. Si enī custodieritis mādata
q̄ ego p̄cipio vobis: et fecerit; ea ut diligā-
tis dñm deū v̄m. et ambuletis in oīb⁹
v̄tis eius ad luxerētes ei. dispdet dñs oēs
gentes istas ante faciē v̄tam. et posside-
bitis eas que maiores sunt et fortiores
vobis. Q̄is locus quē calcaverit pes ve-
ster: v̄ster erit. A deserto et libano et flu-
mine magno eufrate vscq; ad mare occi-
dentalē erūt termini v̄ti. Nullus stabit
